UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Responsio Carolostadij

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

eque ꝑ durat Clarius hoc b: Hiero: l. 3. aduerſus Pelagi: explicat vbi Attic⁹ ad Critobolū ait hoc eſt ꝙ in principio dixeram in noſtra eſſe poſitū ꝑtāte vel peccare vel non peccare ⁊ vel ad bonum vel ad malum manū extendere Ut liberum ſeruet arbitriū (. limitat in fine.) Sed hoc pro modo et tempore et cōditione humane fragilitatis.

Reſponſio Caroloſtadij

¶ Auctoritas eccleſiaſtici. 15. loquit̃ de primo homie et de toto hūano genere, Nam ſcdm Apoſto: per vnum hominē intrauit peccatū in omēs hoies Sicut ergo peccatū intrauit ꝑ vnum hominē ita iuſticia fuiſſet collata toti humano generi ſi primus hō ſtetiſſet in ea rectitudine qua creatus fuit et liberum fuiſſet cuilibet extendere manū ad bonum vl̃ ad malū prout textus aperte dicit Dicit ab initio formauit. et fecit hoiem rectū ⁊ deinde ſequit̃ et reliquit illum in manu conſilij. gratia em̄ agit manū ⁊ extēdit. Quēadmodū Paul⁹ dicit Quod ij qui ſunt filij dei agūtur ſpi. ſancto et Johānes in ſua Canonica dicit. Omnis qui facit iuſticiam ex deo natus eſt.

¶ Secūdo Miror egregiū d. Doctorē tempora diſtiguere in ſpi: ſanct: quantū ad veritatem et iuſticiā ꝑtinet quaſi ſpi: ſanctus vno tpe loquat̃ veritatem quā

ad hec dixit Eckius ſe legiſſe anteꝙ̃ Theognis naſceretur

poſtea infringat et refero me ad priora dicta. ¶ Ad Bernhardū dico ꝙ auctoritas ſua non eſt ad propoſitū. quia Concluſio loquitur de libertate a peccato Dictum aūt aſſumptū ꝑ d. Doctorē loquit̃ de libertate in volitionib⁹ et ꝙ hoc verū ſit ſunt hec ỽba Bern. corruit aūt de poſſe nō peccare ī nō poſſe nō peccare Uerba Auguſtini ſunt inducentis hanc auctori: Deus ab initio rc̃. Ipſa eſt prima gratia, qua primus homo ſtare potuiſſet ſi ſeruare mādata domini voluiſſet Hac ergo ꝑ inobedientiā deſolatus hō. iudicio iuſto factus eſt ſerpēti. i. diabolo (. cui maluit obedire ꝙ̃ deo.) captiuus et ideo ſcriptū eſt a quo enim quis ſuperatus eſt huic et ſeruus addictus eſt. 2. Petri. 2. et iterū Omnis qui facit peccatū ſeruus eſt peccati rc̃. ¶ Ad Hiero: dico. ꝙ Hiero: nūꝙ̃ tam rudis fuit in ſacris litteris vt cogitaret ſaltem hoiem lapſum ſine gratia poſſe cauere peccatum Immo omnes neruos extendit contra Pelagianos et probat bona opera. bona merita. non eſſe in poteſtate hominis. ¶ Ad Ambroſium dico Quod Ambroſius li. 1. c. 2. dicit ꝙ liberū arb: abſꝗ gratia ſeu voluntas ipſa vaga incerta incōſtans eſt que nihil ex ſe ipſa facere poteſt ꝙ deo acceptū eſt. quēadmodū eccleſia etiā iam cecinit ſine tuo numine. nihil eſt in hoie nihil eſt innoxiū. hoc eſt voluntas abſꝗ gratia ſpi: ſancti nihil poteſt facere ꝙ̃d deo gratum eſt et acceptum ſed quicquid facit illud eſt nociuum.

Repugnat Eckius ſolutionē replicans

¶ Primo Quia ſi loquit̃ ſapiens de hoie pri̇o ⁊ per primū hoiem loquit̃ generi humano habeo intentū cuiuſmodi ſit natura libe: arb: in nobis. hoc ad primū

¶ Quo ad ſcdm ꝙ ſpi: ſan: non habeat diuerſas veritates ꝓ diuerſis tpibus huic repugno quo ad monitiōes quo ad precepta et mandata deū ꝓ diuerſis tpibus varia immo pugnātia dediſſe precepta. ſicut Circūciſionē in veteri lege ſtatuit neceſſariā. in tpe gratie clamabat apoſtolus ſi circūcidimini Chriſtus nihil vobis ꝓderit Quale hoc dictum eſt admonitoriū. ꝙ ad mortuos in nullā vtilitatē ſapiens referre potuit ſicut nec hoc dn̄i preceptū Euntes in mūdū vniuerſum predicate rc̃. ad mortuos ſe extendebat.

¶ Tertio ꝗ deinceps clariſſi: Doctor ꝓ ſui defenſione adduxit Oīm̄no nihil faciunt ad inſtitutū Non em̄ induxi ſapientis dictum ad hoc vt li: arbit: poſſet in

Pela: here:

bonum ſine gratia que fuit damnatiſſima Pelagianoꝝ hereſis Nam in hac re ſicut Chriſtianus et fidei chriſtiane tenax libenter ei ſubſcribo Uerum hoc erat propoſiti noſtri et hoc Saxū voluebamus vt liberum arbi: vis noſtra rōnalis adiuta gratia naturali virtute ꝓductiua elicitatiua nō fraudaret̃ Hoc eſt Nō voluntas non haberet ſe mere paſſiue ad bonum. nec liberū arbitriū eſſet res